



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 96. Rhodo relictा in Gallias delatus, atque equestri Beneficio donatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

tempo
gistro
nus pro
er non
am ut
endi o
ne sem
cas lib
ulas lo
cula in
utum
c iteru
n inta
te ipse
Zizim
usqua
aucto
it. Pr
am on
irmand
uti qua
ulpa l
a Rho
petuue
Filios
Equites
si in
si imperio restitueretur. Hoc ultimo Sæcul. XV.
scripto Zizimus solemnis juramenti forma Deo, ac Mahometi magno Prophetae suo promisit, quod perpetuam, ac inviolabilem amicitiam cum Magno Ordinis S. Joannis Hierosolymitani Magistro colere velit, si quando vel in totum, vel in partem paterni regni instituatur, nec id se tantum, sed & suos liberos, horumque Filios integra fide servaturos pollicebatur. Præterea fidelitatem suam jurisjurandi religione obstrinxit, quod omnes Insulas, ditiones, cunctasque arces & oppida ab Imperatoribus Ottomanis unquam Rhodiorum Equitibus erepta, eisdem redditurus esset.

Zizim
§. XCVI.
*Rhodo relicta in Gallias delatus,
atque Equestris beneficio
donatus.*

Igitur die prima Septembris Anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo secundo consensa magna Ordinis militaris navi Rhodo discessit, comitantibus eum Blanchefortio Equite, pluribusque aliis ad illius præsidium adjunctis. Haud multum processit temporis, cum Bajazethes perpetuam pacem Rhodiorum Equitibus offerret, ea tamen lege, ut Magnus eorum Magister Zizimum

Sæcul. XV. Zizimum diligenter sub custodia suorum
A. C. 1482. Equitum asservaret, omnique ope & pera prohiberet, ne juvenis iste Princeps ad quoscunque alias Monarchas Christianos sive Infideles transiret; pollicebatur insuper, se in ejus almoniam atque excubiarum impensas in monasteria Veneta quadraginta quinque milia aureorum quotannis soluturum. Nihil minus Zizimus in Gallias migravit, Rege tamen remisso satis affectu exceptus; unde exiguo admodum tempore in Regia diversatus, ab Equitibus Burgonorum ad Ordinis Equestris beneficium ducebatur. Erat hic locus opidum in Pictavii & Marchiae finibus tum tum amoenitate situs, tum munitis longe celeberrimum, atque avitum Magnorum Alverniæ Priorum domicilium. Ibi Blanchefortius Eques, cuius fidei supremus Magister Zizimum imperiis commendabat, variis animi oblectationibus Principis, fortisque suæ fastidii fallere satagebat, ita publicis eum obsequiis demulcens, ut tamen illum nunquam e suo conspectu dimitteret, veritatem forte dolo, aut vi ipsi eriperetur.

§. XCVII.

Nominalium libri a Rege prælegi concessi.

Jam anno millesimo quadringentesimo septu-

*Argentre
Coll. judic.
p. 303.*